

3015

C O D I C E S

3016

rarii sed Compactoris est, qui membranas perturbavit. Itaque finis *Sequentiae*, quam ultimam recensui, fol. 4. p. 1. quaerendus est. Omnes porro hic contentas *Sequentias*, exceptis de *Jobanne Evang.* de *Circumcisione*, de *Purificatione*, et de *M. Magdalena*, habent etiam *Codices* a Cels. *Gerberto* loco *suprac.* adducti, ubi de toto hoc *ἱερομυστικῆς* genere erudita, ut solet, ubertate pertractat. Autor earum *Notkerus* dictus *Balbulus* S. *Galli* Monachus, defunctus an. 912. In ejus tamen *Collectione* a Cl. *Pezio* T. I. *Tbes. Anecd.* col. 18. vulgatá nostras *Feriae* III. V. et *Octavae Paschatis*, item *Septuagesimae* et de *M. Magdalena* non invenio. Voces illae Titulis additae: *Ypodiaconica* vel *Ypodiaconissa*, *Romana*, *Frigidola*, *Aurea*, *Vox Exultationis* modulationis tonos diversos indicant. Adi de iis *Ducangium* v. *Frigidorae*, ubi adducitur *Lambecius* *supracit.* Sed nempe addi debent: *Captiva*, *Occidentana*, *Concordia*, *Mater* et *Greca*, quas hic omisit.

DCCCXXX.

685 Codex membraneus lat. Sec. X. Fol. 227. 4. non ab una manu, luculente tamen potissimum

exaratus et rubricis distinctus, *Liturgicus* est, complectiturque sequentia: I. Formulas quatuor oblationis, quarum prima: *Tibi domino creatori meo offero hostiam placationis pro delicto meo. peto domine ut des mihi ueniam omnium peccatorum.* Hymnum Angelicum, Symbolum Apóst. Trifagion et *Agnus Dei* graece, sed literis latinis, ita: *Doxa en ipsistis theokepigis ireni enantropis &c.* Orationes et Lectiones *In Sabbato Sancto Paschae*, verum indicatis tantum initiis, Hymnum graecolatinum, cujus initium: *Kyrie otheos critis dicheos yskiros keatbanatos ymas eleyson kirie eleyson. O pater alme sedens super alas cherubim ac seraphim &c.* Ita deinceps ad Filium et Spiritum S. intercalari semper *kyrie eleyson*, Hymnum angelicum latine, *Item In Angelicum Carmen* Intercalaria quaedam. Atque haec omnia notis musicis insignita. De ejusmodi Doxologiis, Hymnisque triumphalibus agit Cels. *Gerbertus* L. I. de *Cantu et Musica* S. c. 1. et 2. item L. II. P. I. c. 4. et alibi, nostro etiam hoc Codice usus. Fol. 4. p. 2. sequuntur Verficuli de X. *Plagis Aegypti*, quae in titulo *Duodecim* inscribuntur, hoc initio:

Prima plaga egypti limphas in sanguine uertit &c.

et de *Septem Diebus In Quibus Cuncta Creatura sunt*, hoc initio:

Primus in orbe dies lucis primordia sumpsit &c.

Et

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1888

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3017

LITURGICI.

3018

Et hi et illi ad *Eugenium Ep. Toletanum*, Seculumque VII. pertinent, habenturque in ejus Opusculis a *Jac. Sirmondo* editis *Parif. 1619. 8.* item in *Sirmondi Opp. T. II. et Bibl. PP. Lugd. T. XII. p. 348.* Post illos: *Incipit Supputatio Quam Supputavit Estra In Templo Salomonis Hierusalem.* Commentum simile illi, quod habes graece apud *Lambecium L. VII. p. 240.* quodque anglice versum excitat *Fabricius Cod. Pseudep. V. T. p. 1162.* *How all the year is ruled by the first day of January, if it fall on Sunday, Monday, Tuesday &c.* Nobis infit: *Si kl. Jan. fuerit dominica die biemps bona erit et uernus uentuosus et aestas sicca et uindemia bona erit et oues multiplicabuntur. &c.* Succedunt *Benedictiones Domus, Domus Novae, Aquae super segetes, Salis ad oculos Hominum, Oculorum, pro Dolore Partus, super fontem ubi aliqua negligentia contigit, Putei Novi, demum super uasa reperta in locis antiquis*, atque hanc ad-

scribam: *Omnipotens sempiterne deus infere te officiis nostris et baec uascula arte fabricata gentilium sublimitatis tuae potentia ita emundare digneris. ut omni immunditia depulsa. sint tuis fidelibus tempore pacis atque tranquillitatis utenda. per &c.* Abhinc *Folium* excidisse videtur; in sequente enim ἀνεφαλωσ habetur *Officium S. Albani* Martyris notis musicis signatum, unde *Codicem* ad Dioecesin *Moguntinam* referre quis possit. *Officium* istud excipit *Benedictio Caelei* hujus initii: *Exultet iam Angelica Turba Caelorum &c.* pariter cum notis musicis. Deest hic *πρωτον* illa: *O certe necessarium Adae peccatum &c. o felix culpa &c.* quam in variis *Exemplis* saltem notis musicis carere observavit supracit. *Gerbertus L. II. P. I. c. 6.* Tum ad nugas reditur et primum occurrit *Tabula Ad Praeuendam Lunam* siue *Discrimen Dierum bonorum et malorum*, quod diu infestavit *Calendaria*; dein: *Incipiunt Versiculi De Aegyptiacis Diebus.*

Jani prima dies. et septima sine timetur &c.

Habentur hi *Versiculi* in *Cod. Tbuanae Bibl. 615.* teste *Ducan- gio* in *Gloss.* ubi multa veterum testimonia cumulantur, eos ita dictos ab *Aegyptiis* inventoribus. A *Cingaris* dictos putassem, nisi hi multo tardius innotuissent. Apud

Lambecium L. VI. p. 118. Simile quid Graece inscribitur *Esdrae Prophetae.* In *Calendario* vero *Rom.* quod ille *L. IV. p. 277.* protulit, longe alii *Dies Aegyptiaci* adsignantur, quam quidem in *Versiculis. Fol. 13. p. 2.*

Incipit Ecce Sacri Rectus Baptismatis Ordo.

Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

K k

Et

Et prima quidem Rubrica: *Primum uero ante ianuas aecclēſiae preſbiter incipiat ſacramentum baptiſmatis. Ita dicendo. Abrenuntias ſatane. R. Abrenuntio &c. Dein Exufflatio, Crux in fronte et pedore, Impoſitio manus, Orationes, Benediſtio Salis, Interrogatio Nominum, Impoſitio Salis, Crux in Fronte, Orationes, Evangelium ſuper Infantes, Manus Impoſitio, Auris Apertio, Litaniae, in quibus praeter *Albanum* et *Ferrutii Moguntiae* culti Martyris nomen, Praefatio cum cantu, Catecheſis, Unſtio, Baptiſmus cum trina immerſione, Chriſma, et Cappae Impoſitio, demum Communio. Ad calcem: *Explicit Sacer Ordo Baptiſmi.* Convenit hic Ordo plurimum cum eo, quem e *Codice* Monafterii *Gladbac.* in Dioec. *Colon.* produxit *Martenius T. I. de Antiq. Eccl. Ritib. Antverp. 1736. col. 202.* f. Pergit uero noſter: *Si Autem Infirmus Infans Venerit Ad Baptizandum faciat ſuperſcriptum ordinem, et aeternam ac iuſtiſſimam addit orationem.* Id eſt, ut apud *Marten. cit. col. 186.* video, *Orationem*, quae incipit: *Aeternam ac iuſtiſſimam pietatem tuam.* Hoc Additamento finito ſubſcribitur: *Explicit Liber Baptiſmi*, et ſtatim ſequitur: *Miſſa pro Infirmo*, item: *Orationes ad Viſitandum Infirmum*, item: *Benediſtio ſuper Infirmum.* Poſt plures huiusmodi Formulas ait Rubrica: *Hic detur ſecretior locus languidis conſitendi, ſubneſtiturque gemina Confeſſio-**

nis Methodus, latina primum, huius ingreſſus: Confiteor domino et omnibus ſanctis eius et tibi ſacerdos Chriſti. quia peccaui nimis in uita mea &c. dein germanica, quae, cum ab Exemplis Schilterianis, Eccardianis, Stadenianis abeat, hic locum meretur: Ib gibun gode almabdigē. unde allen godes engilon. unde allen godes beilegon. unde dir godes boden. al lero minero fundino. unde uuli dero bigibdig uuerdan. ſuo ſo ib ſegi uremidi. ſo uuaſ ſo ib unrebdes geſabi. ode unrebdes gibanedi. Vnrebtero uuordo. unrebtero uuerco. Vnrebtero gidanco. Vbileru luſto. ubiles uuillen. Fluochonnes. liogannes. Biſprachidu. Vnrebtes ſtadeles. unrebtes ſedales. In uncidin ſclaphun. uncidin uuachun. In uncidigimo mazze. uncidigimo dranche. Thaz unmezzon uebonti. Minero ſpiungu buores. Tbiubu. manſtabdu. meinero eido. Minero faſtu ferbrocheneru. mina chirichun ſo ni ſuobda. ſo ib ſolda ſunnon daga unde andere beilega daga. ſo ne ereda. nob ne begiene. ſo ib ſolta beilegan. uuizzubt ſo ne gibielt. ſo ib ſolta. minan curſ ne iruulta. ſo ib ſolda. giborſam ni uuaſ. ſo ib ſolta. Turpbtigon nint pbiec. ſo ib ſolta. Alamuofa ni gab. ſo ib ſolta. Ana urloub gab unde nam. daz ib ni ſolta. zuene nibefuonda ſo ib ſolta. funda ni uerliez. thien ib ſolta. mine nabifton ſo ni minnota. ſo ib ſolta. Tbes alles unde anderes manages thes ib uuidar got ſculdic ſ. thes ib in minero criſtanbeidi gebiezi. unde ib daz be minen menisgin fer-

3021

LITURGICI

3022

ferliezzi. unde be mineru cbindesgi geburidi. so mir iz slafanti geburiti. so uuachandi. so ib iz selbo gefremidi. oder anderemo gebanſi. oder anderen gespuoni. so ib es gebuge. so ni gebuge. so ich es gedabti. oder gesabi. oder ib iz gedadi. oder gesprachi. so uuirdon ib es alles bigibdig gode almabdigem. unde thir godes manne. Nota, singulas in Codice voces interpunctas esse, quod ad linguam Scripturae nondum satis patientem referendum videtur. Fol. 34. sequuntur: ulterior Ritus excipiendae Confessionis Infirmi, et extremae Unctionis, qui admodum prolixus est, Missa quando anima in agone exitus laboret, Obsequium circa Morientes, Ordo Sepeliendi, cujus primum folium excidit. Deinceps Exorcismus et Benedictio Salis et Aquae, Orationes in Sacrario, in domo infirmorum, in promptuario, in refectorio, in coquina, in dormitorio, in pisali, quam vocem Cangius in Gloss. Vestiarium interpretatur, reipsa autem Hypocaustum aut locum pinsendi panes, Pinsale, Pisale, notat, ut liquet ex ipsa Oratione, in qua dicitur:

*Victori mortis inclita
pangamus laude gloriam*

Orationes Contra Demonicum, multae et variae, in quarum una enumerantur omnes Partes corporis, e quibus malus Genius facessere iubetur; additur Imposi-

*ut domus haec careret aliquando frigore a uicinitate ignis, unde in Sacramentario Gregoriano apud Muratorium recte Oratio in Caminata inscribitur, in Scriptorio, ante Januas Aeclesiae, in Basilica, in diuersis Domibus. Missa Sancti Sigismundi pro Febribus, Benedictio Aquae cum ligno sanctae crucis, item Salis, Benedictio salis et aquae contra fantasiam satanę, Oratio super lignum crucis et aquam, quae contra febres dirigitur; in ultima Adjuratione ei subjuncta, quae incipit: *Adiuuro vos frigores et febres &c.* haec ἀλογία et superstitiosa leguntur: *Amula Sinula Adea. Fol. 71. succedit: IIII. Non. Febr. Ypapanti. Ad Sanctam Mariam Ad Collectam. Inprimis Benedictio Candelarum. Dein Dom. In Palmis Ad Sanctum Iohannem In Lateranis — Benedictio Palmarum Vel Aliorum Frondium. Uersus. In Cena Domini. Et Parasceue. Et Sabbato Sancto. Uersus Flauii Ad Mandatum, i. e. Lotionem Pedum. Ignoro Flavium, ni scribendum fuerit Flacci, intelligendusque Alcuinus. Hoc motus dubio initium adpono:**

*Cum patre et sancto spiritu
qui nos redemit obitu &c.*

tio manuum et Unctio Olei super Demonicum. Fol. 95. p. 2. Qualiter sacerdos suscipere debet penitentem. Insertum est Examen Poenitentis cum satisfactione singulis

K k 2

De

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1888

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3023

C O D I C E S

3024

Delictis adnexa. *Benedictio ignis et ferri suae aquae. Benedictio ignis novi. Officium In Die Resur-* *rectionis Domini. Letania Metrica, quae incipit:*

Ardua spes mundi solidator et inclite caeli &c.

et in multis variat ab Exemplo *Ecclesiam Moguntinam pertinere*
Cod. DCCXCIII. producto. Ad *argumento est Distichon:*

Care deo martyr patriae decus huius herile
Sancte albane tuis esto fauens famulis.

Aliud *Litaniarum* Specimen pariter Cod. mox cit. relatum:

Summus et omnipotens genitor qui cuncta creasti &c.

Item *Metrica Laetania*, cujus initium:

Salve festa dies toto uenerabilis aevo &c.

et autor *Ven. Fortunatus*. Alia *Laetania*, quae incipit:

Rex saluator alme suscipe ararum munuscula pia &c.

In hac oratur: *Vt ottonem regem et eius exercitum dominus conseruet.* Unde Codicis aetas Seculo X. adfigitur, quemcunque trium *Ottonum* adoptes. Idem repetitur in ultima quatuor *Litaniarum*, quae praecedentem excipiunt, quarumque duae *Gallicae* inscriptae sunt. Has porro fol. 117. *Canon Missae* sequitur, in quo etiam *SS. Albani. Sergii et Bachi. Dionisii et Bonifatii. Martini. Benedicti* Nomina, sed linea circumducta leguntur. Hoc finito: *Incipiunt Misse In Diebus Dominicorum* initio capto a *Dominica I. post Natale Domini*. Numerantur vero *Dominicae post Natale Do-*

mini, post Theophaniam, post Oct. Paschae, post Ascensa Domini, post Pentecosten, post Nat. Apostolorum, post Nat. S. Laurentii, post Sancti Angeli. Succedunt *Missae de Trinitate, de Cruce, Communes Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, III. Dominicanum ante Natale Domini, Sabbati XII. Lectionum, de omnibus Sanctis, in Natali Sanctarum Virginum, in Dedicatione Aecclesiae, Missa Generalis vel Omnimoda et Communis, pro Pace, variaequae Aliae pro diversis Necessitatibus. Fol. 185. sequitur Agenda Mortuorum, cujus ultimum folium deperiit, Anti-*
pho-

3025

LITURGICI.

3026

phonarium, Officium Chori de *Trinitate* et de *Dedicatione Ecclesiae*, iterum *Missae* pro variis *Necessitatibus*, *Benedictiones* diversae, quas praecedit *Exorcismus Salis et Aquae*. *Super Infirmos Sancti Gregorii Papae*, qui tamen diversus est ab eo, qui in ejus *Sacramentario* apud *Muratorium* legitur, tum *Missa: III. Id. Jul. Natal. Sanctae Margaretae*, post quam deficit *Codex*. Adjecta tamen est aequae vetusta manu: *Missa ad sanctam sopheriam*, et recentiore, quae tamen *Seculum XII.* non excedat, *Missa Sabbato de sancta Maria*, alia *pro peccatis*, alia *pro petitione lacrimarum*, alia *pro amicis*, et demum *Ordo in Palmis* imperfectus. Ceterum, qui egregium hoc *Liturgiae Seculi X.* Monumentum cum *Collectionibus Hittorpii, Martenii, Muratorii, Gerberti &c.* penitus contendere voluerit, multa quidem consona, non pauca tamen diversa, notatuque digna deprehendet, quorum quaedam hic indicasse pro instituto suffecerit.

DCCCXXXI.

149 Codex membraneus lat. Sec. IX. Folior. 230. f. perquam eleganter, licet a diversa manu, scriptus, et paene ad miraculum conservatus continet sequentia sacrae antiquitatis *Κεϋηλια*. I. quidem *Praefationes Quadragesimales a Dominica prima usque ad feriam quartam post Palmas* ex *Sacramentario Gregoriano*. Leguntur hae in edit. *Hug. Menardi Paris. 1642.*

p. 37. 4. in edit. *Opp. Gregorii Paris. 1705. T. III. col. 37. f.* in *L. A. Muratorii Liturgia Rom. Vet. Venet. 1748. col. 300. f.* et recentissime in *Celf. Principis, doctissimique Praefulis Mart. Gerberti Monumentis vet. Liturgiae Alem. P. I. typis Sanblas. 1777. p. 37. 4.* cujus Textui nostrum contendere juvat. *Dom. I. Gerb. corporalium*, nost. *secularium* cum *Parif. et Mur. Fer. III. gerb. non desinas — hortaris*, nost. *non desinis — hortaris* cum *iisd. Fer. IV. gerb. terram producere iussisti*, nost. *producere iussisti* cum *Mur. sed Parif. produci. Fer. VI. gerb. tota alia*, nost. *eadem* cum *Parif. et Mur. Sabb. gerb. versus finem variat a nost. Parif. et Mur. Dom. II. gerb. exorantes*, nost. *cum aliis exorare. Fer. II. gerb. a noxiis liberare digneris incurfibus*, nost. *cum aliis, a noxiis liberes insidiis. Fer. III. gerb. quatenus ab omnibus possimus semper abstinere peccatis*, nost. *c. aliis, ut ad tua mereamur te opitulante pervenire promissa. Fer. IV. gerb. eius exemplo*, nost. *et aliis deest. Fer. V. gerb. qui pro peccatis nostris ingruentium malorum pondere premimur*, nost. *Parif. et Mur. qui peccatis ingruentibus. Fer. VI. gerb. tribuas medelam, alii veniam. Dom. III. gerb. et qui terrena delectatione carnales epulas abnegamus, humanae voluptatis &c. alii, et quae terrena delectatione carnalibus epulis abnegamus, humanae voluntatis &c. Fer. II. gerb. cum intenta supplicatione, alii, cum omni. Sabb. gerb. ut quod*

K k 3

quod